Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



57

dicit feruentior apparuerit quia frustra regni aditum postulat.
nil accipiens ostiatim mendicat. B ene huic pcunde rursum
salemone dicit. Qui obseruat uentu non seminat. et qui consi
derat nubes numquam metit. Quid enim pcuentum nisi ma
lignorum spirituum temptatio exprimitur. et quid pnubes
que mouentur auento. nisi aduersitates prauorum hominum
designantur. Quentis uidelicet impellunt nubes. quia in
mundorum spiuum afflatu praui eccitantur homines. Qui
ergo obseruat uentu non seminat. et qui considerat nubes
numquam metit. quia quisquis temptationem malignorum
spiritum. quisq; psecutionem prauorum hominum metuit. neq;
nunc grana boni operis seminat. neq; tunc manipulos sce
retributionis secat. At contra precipites dum bonorum
actuum tempus pcuenunt. meritu peruertunt. et sepe
in malis corruunt. dum bona minime discernunt. qui ne
quaquam que quando agant inspiciunt. sed pleriq;
acta quia ita ndebuerint agere cognoscunt. Quibus sub
auditoris specie recte apud salemonem dicit. Fili sine
consilio nihil facias. et post factum nponitebitur. Et rur
sum. Palpebre tue pcedant gressus tuos. P alpebre
quippe gressus pcedunt. cum operationem nram consilia
recta preuenunt. Qui enim neglegit considerando pre
uidere quod facit. gressus tendit. oculos claudit. per
gendo iter conficit. sed puidendo sibimetipsi nnamque

pbauo